

63. Vers. 9. Petrus autem ad eam, quid utique convenit tentare Spiritum Domini? Syrus Quoniam aquales fuisset ad remandam. D. Chrysof. Conspiratum est inter vos. Ethiopic. Quomodo communicastis inter vos. Conventio facta est inter vos tentare Spiritum Domini propheticum in me, quo ego praedictus sum, & scio, & agnosco vestrum furtum; ita utraque Glossa & Caeteran. vel, ut ait Carthusian. tentare Spiritum Domini existimantes furtum vestrum posse effugere cognitionem Dei, quam mihi communicat.

64. Ecce pedes juvenum, forsitan D. Petrus audivit strepitum eorum pedum redeuntium e sepultura, sicut audit Achias Propheta uxoris Roboam sonitum pedum ejus; Reg. 14. n. 6. vel Petrus agnovit, & vidit, ut Elifaeus, 4. Reg. 5. n. 26. Giezi currentem post Naaman.

65. Vers. 10. Confestim cecidit ante pedes ejus, & expiravit Syrus. Et eo ipso momento. Ethiopicus, Et prostrata statim fuit sub pedibus ejus, Carthusianus existimavit, quod percussa fuit ab Angelo, sicut vir ejus Ananias Oecumenius: Quoniam (ait) in dolo conformem viro reperit, simili quoque poena condemnabit. Similes in culpa, similes & in poena. Invenies autem juvenes. Ethiopic. Invenies oneris, qui erant deputati ad serviendum Apostolis. Extulerunt, & sepelierunt ad virum suum, Syrus ad latu viri sui. Arabic. Prope maritum ejus. Fuit celebris consuetudo apud Hebraeos ut conjuges eodem sepulchro conderentur, ut testatur Abolenfis, 2. Reg. 15. q. 14. & ait: Ve carnis conjunctionem sequeretur conjunctio vel veris, & quia de costa viri facta est mulier. Quod probat multis exemplis.

66. Vers. 11. Factus est autem timor magnus. Syriacus Exiit timor ingens, & subdit Textus: In universa Ecclesia, & in omnes, &c. Ethiopic. Timuerunt omnes Ecclesia. Et quamvis in illa sancta unione fidelium, nullus aderat, qui mentitus esset Deo, tamen ut ait Oecumenius, ex facto, quod circa Saphiram accidit, oritur in aliis salutaris timor, in ruina unius prudens timet, sic percusso Oza, qui juxta arcam Dei mortuus est, extimuit David Dominum in die illa, 2. Reg. 6. n. 9. & maxime ponderandum, quod mortua Saphira, & marito, ut advertit D. Chrysof. Nullus ibi tamen ingemuit, nullus ejulavit: cum divinum iudicium venerarentur, & discerent Deum non esse contemnendum, sed omnes ejus divinam voluntatem venerabantur cum multa humilitate.

QUAESTIO X.

Quare in spatio trium horarum nullus exiit, qui nuntiaret Saphirae terribilem sui mariti mortem?

67. Valde mirum est uxorem de mariti morte nihil omnino rescivisse tribus horis, nemo a domo egressus renuntiavit? Nemo sane: quod pulchre expendit Theodorus Studita serm. 117. & ait: Scriptum est in Actis Apostolorum: factum est, quasi horarum trium spatium, & Saphira uxor ipsius nesciebat quod factum fuerat. Certe in publico acta fabula est, & frequentis vulgi corona, sed erat in idem, nimirum circumspectio, modestia, Dei reverentia. Tanti de malo domestico fuit silentium, & licet in auditorum oculis res peracta fuerat, inter Cancellos tamen domesticos clausa est, ita ut nefas duxerit unusquisque illud publicare.

68. Praescribit Deus modum, quo hostia offerenda est pro peccato, Levit. 6. n. 25 & 26. Sacerdos, qui offert comedet eam in loco Sancto in arvo Tabernaculi, &c.

Cavet Moyses ne hostia, quae pro erratis expiandis offerretur, esset extra domum sacram: non sic mandatur in aliis, quae oblata erant pro purificanda muliere, vel pro redimendo parvulo, vel pro erratis per ignorantiam contra res sacras; solum vero ea, quae pro peccatis erant, in loco sancto comedi jubentur; sic bonus Deus errata aliorum vult esse abditata, ut non patiat extra sacrum septum evehi, ac propalari. Philo Hebraeus lib. de victimis, sic ait: Nihil enim extra sanctum offertur, ne penitentis exprobrentur peccata pristina, facta in vulgus inimicorum susurris, & linguis petulantibus. Sic Deus curabat famam hominis, ut quae pro ejus peccatis erant, veluti velo obducto occultarentur, atque absconderentur.

Valde publicum, & notorium fuit omnibus, quod Saul bello fractus una cum filio suo Jonatha ceciderit in bello, tamen David lachrymans ait: Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis, 2. Reg. 1. n. 20. Valde publicum exitit praesilii infortunium, cur ergo David tam rigidus, ac severe prohibet illud divulgari in Civitatibus Philistinorum, in magnum sane documentum; si enim ea, quae sunt aperta in omnium oculis sunt operienda, quanto magis ea, quae sunt secreta, & occulta tegenda, ut abdita remaneant, ne per aliorum ora dicantur. Bachiar epist. ad Januar. Prohibetur (ait) ne in terminis Geth, neque in finibus Ascalonis, hoc est in notitiam secularium hominum casus fratris, vel ruina semineur. Haec jubet, & monet David.

Proditorum notans ait Divinus Magister: Vnus vestrum me traditurus est. Matth. 26. n. 21. contristati caeteri Apostoli solliciti quaerunt n. 22. Nunquid ego sum Domine? quaerit etiam Judas n. 25. Nunquid ego sum, Rabbi. Impudens proditor, ne hoc auderet quaeras, cum experientia agnoscas caelestem Dominum cordium cogitationes penetrare, & scire, sic aliquando ad circumstantes dixit: Quae cogitationes ascendunt in cordibus vestris, Matth. 9. n. 4. Similiter autem de Pharisaeo cogitante intra se Luc. 7. n. 39. ergo bene debebat Judas hoc cognoscere quo Christus D. suas proditorias machinas aperte deprehendebat, quomodo ergo audeat interrogare: Nunquid ego sum Rabbi? Et non timet quod in faciem ei dicat Christus; Tu es ipse proditor. Perbelle Euthymius ait: Interrogat & ipse confitens de praecipitis benignitate, quod palam non arguet eum. Sciebat Iudas Christum de peccato domestico taciturnum, qui docuerat peccatorem hominem vulgo exponendum non esse.

QUAESTIO XI.

Quare Saphira mortua cecidit ad Petri pedes?

Postquam Saphira interroganti Petro negat pretium agri venditi eam admonet, dicens: Quid convenit vobis tentare spiritum Domini? ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, effrent te. Et objicit Apostolus terribilem mariti mortem, ut eam inducat ad poenitentiam, & alio Dei iudicio eam ad pedes suos admittit, ut si velit absque auditu aliorum valeat confiteri, & veniam, & remedium obtinere, & mortis poenas evitare, eleganter Oecumen. & sic ait: Quomodo ad pedes ejus? quia juxta eum stabat: Petrus vero stetit juxta eam, ut si respicere vellet, ac confiteri non vereretur alios, qui audirent. Eximius Christi Vicarius Petrus, ne inferret mortem merenti mulieri, sed proponit mariti casum, ut ex timore similis poenae eam inducat ad poenitentiam confessionis, quam facile potest praestare, cum ad ipsius

ipsum pedes eam admittit, ex quo aliqua sunt colligenda.

Primo quod calamitas, ac adversa fortuna multum conscientiam stimulat, multum oculos aperit ad cognoscendam propria. Venditur Joseph in Aegyptum a fratribus suis, qui plusquam per viginti annos, cum multa felicitate degunt in domo paterna absque ulla remorsu criminis in fratrem, tempore famis descendunt in Aegyptum ad quaerendum alimentum, quos agnoscens Joseph tamquam ad extraneos durius loquebatur. Genes. 42. num. 7. arguit deinde homines, ut dolis suadendis artifices: exoratores estis, num. 9. minatur sordes carceris, ut deprehendat vera, ne dixerint; Vos eritis in vinculis: Tunc ipsi fratres tanto labore prudentiores facti inter se dolentes dicunt: Merito hac patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum. Ibidem nu. 21. cum enim aliena infelicitate felices agerent fratres, nulla erat peccati conscientia, nullus poenitentiae dolor; cum vero vexantur calamitatis morsu, atque adversa fortuna oppriuntur, erratum agnoscunt, & fatentur pudore ingenuo. Rupertus lib. 9. cap. 3. sic pro Joseph loquens: Jsta namque, & idonea severitatis fuit, quod peccatores tandem flagellat, & corripit veborum stimulis, clavisque acutis, donec peccatum suum agnoscat, & dicat: merito hac patimur, quia peccavimus in fratrem. Quod confirmari ex prodigo potest, qui in se reversus dicebat: Luc. 15. numer. 18. & ex sancto latrone: Non quidem iusta, &c. Luc. 23. num. 41. Unde Petrus mulieri objicit mortem mariti.

Secundo magna miseria hujus mulieris, quia ad pedes Apostoli mortua cecidit, ubi remedium aderat, in quo poterat saltem impetrare. Cum boves recalcitrarent, & declinarent arcam, extendit Oza manum ad arcam, & tenuit eam, iratus Dominus contra Ozam praecipit ei, qui mortuus est ibi juxta arcam, 2. Reg. 6. num. 7. In omni suo labore populus ad magnum subrefugium ad arcam confugiebat, & cum populus vellet lapidare Moysen, ipse ad tabernaculum confugit, in quo erat arca. Rupertus lib. 6. ait: Lamentabilis casus factu arca peris, cujus visus a iis abstantur.

Tertio: Audiens mulier verba Petri cecidit ad pedes, apud quos proxima erat, ut si vellet confiteretur peccatum suum, ut veniam impetraret. Peccavit populus magno peccato adoratione vituli; Moyses rogans, ut Deus dimitteret tantam offensam Exod. 32. num. 31. ait: Obsecro; peccavit populus iste peccatum maximum, fecerunt sibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc nazam, aut si non facit dele me de libro tuo. Ut Deus condemnaret peccatum multas poterat Moyses rationes proponere, prima omnium est peccatorum confessio: Peccavit peccatum maximum, D. Chrysof. apud Caeten. Lyppom. & ait: Cur quae incipit Moyses a confessione peccati? quia in mundanis, ac forensibus iudiciis, post accusationem, & criminum confessionem sequitur mors: Caeterum apud Divinum tribunal post accusationem, & confessionem criminum datur corona. Tamquam omnium efficacissimum remedium ad indulgentiam proponit Moyses peccatorum confessionem; nam inter ipsam, & coronam nullum est medium.

Postquam Cain perpetravit suum fratricidium, loquens Deus cum eo, & interrogat: Ubi est Abel frater tuus? Genes. 4. numer. 9. Bene sciebat Deus Abelem a Caino fuisse obruncatum, sed quaerit iudex omnium agnitor, ne reus peccatum regat, indeque occasione data, eum ad poenitentiam, ac confessionem inducat, ut ait Tertull. lib. 2. in Marcionem cap. 25. Ut daret locum sponte confitendi delicta, & eo nomine relevanda: Dare veniam Caino

iudex voluit, cum eum ad confessionem eliceret; aperit enim locum indulgentiae vera confessio delictorum.

Act. 5. Num. 12. Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe, & erant unanimiter omnes in porticu Salomonis.

Num. 13. Caeterorum autem nemo audebat se conjungere illis: sed magnificabat eos populus.

Num. 14. Magis autem augebatur credentium multitudo viro um, ac mulierum.

Num. 15. Ita ut in plateis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illo um, & liberarentur ab infirmitatibus suis.

Num. 16. Concu rebat autem & multitudo vicinarum civitatum Jerusalem affrentes aegros, & vexatos ab spiritibus immundis, qui curabantur omnes.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE V.

Vers. 12. **P**er manus autem Apostolorum, id est per operationes, & actiones Apostolorum, omnium enim manus est organum, sic dicitur Act. 21.

Act. 2. num. 23. Jul. aros interfecit Christum per manus iniquorum, hoc est per homines iniquos, vel quia suis manibus miracula faciebant benedicendo, signum Crucis faciendo, ac suo contactu, quo Petrus elevavit claudum Act. 3. num. 7. signa, & prodigia. Syrus Edebantur signa, & virtutes. Ethiopic. miracula.

In plebe, ut notat Lyranus: Non dicit in Principibus, quia non credebant paucis exceptis, qui occulte Christiani erant, ut Gamaliel, Nicodemus, & alii. Unanimiter omnes; Glossa gratiae magnitudo non fecit in eis divisionem, sed potius unitatem. In porticu Salomonis. Ethiopicus In domo sancta. Ethiop. De hoc porticu jam dixi supra cap. 3. num. 2. Glossa alludens ad Salomonem ait: Erant sapientes in domo sapienti, ubi orationi simul instabant, & doctrina. Deinde hic porticus erat valde amplissimus & capax tot millium Christianorum.

Vers. 13. Caeterorum autem nemo audebat se conjungere illis. Syriacus Ex aliis autem nemo audebat ad eos accedere. Aliqui referunt ad infideles, alii ad fideles; sed indefinite ad omnes; ad infideles, qui trepidi, ad fideles ex reverentia Apostolorum, Lyr. Lyranus, & Glossa ob poenam impostam super Ananiam, & Saphiram, sed hoc non stat, quia dicitur sequenti numero: magis augebatur credentium numerus.

Verus sensus est nemo audebat se Apostolis inferre, aut Apostolorum se familiarem ostendere, partim metu Judaeorum, partim reverentia Apostolorum, quia, ut ait D. Chrysof. Erant sicut Angeli admirabiles, gravitate venerabiles, oratione caelestes, moribus divini, vultu venerabiles, affabilitate amabiles, ignem zeli, ac devotionis spirantes. Magnificabat eos populus. Ethiopicus Honorabant eos populi.

Vers. 14. Magis autem augebatur credentium in Domino. Syrus magis accrescebant ei, qui in Domino credebant. Lucifer. Magis addebantur Oecumenius magis accedebant. Hebraeus est in Domino pro in Domino.



Dominum, sicut dicitur tangere in capite, id est in capite. Virorum, ac mulierum facit hic mentionem mulierum ad honorandum sexum, ne videatur deturpari ruinâ Saphiræ.

81. Caier.

Verf. 15. Ita ut in plateas ejice em infirmos. Notat Caietanum quod tanta erat miraculorum copia, ægorum multitudo concurrentium ad Apostolos, ut eos, nec ad Apostolos deferre, nec Apostoli domatim obire possent, quapropter eos efferebant in plateas, per quas transire erant Apostoli, ut ibi ab eis curarentur, & ponerent in lectulis, Syrus efferebat, D. Chrysof. Exportarent. Æthiop. Adducebant, in grabatis, grabatum est species lectuli simplicior, & vilior, qualis est pauperum, & ægorum gestatilis.

Syrac. D. Chryf. Æthiop.

82. Syrus. Æthiop. Bozios. D. Chrysof.

Di veniente Petro saltem umbra illius obumbraret. Syrus umbra illius operiret. Æthiop. Ita ut attingeret eos umbra Petri, quando transiret. Bosius de notis Ecclesiæ lib 18. cap. 1. & favet Chrysof. existimat, quod umbra Petri unum dumtaxat tangente, ceteri propinqui, vel in eadem platea existentes sanabantur. licet ab umbra Petri non tangerentur, & hoc sensui favent sequentia verba in plurali. Liberearentur ab infirmitatibus: tamen germanior sensus est, certatim omnes contendebant inserere se sub umbra Petri, & quotquot eâ tangebantur, salutem consequerentur.

83. Æthiop.

Verf. 16. Concurrerebat multitudo ex omni loco, ac civitate vicina vexatus à spiritibus immundis, nempe energumenos, possessos, & obfessos à Dæmonibus, dicuntur immundi, quia ad multas immunditias homines provocabant, ac excitabant, scilicet ad odium Dei, iram, luxuriam, gulam, ac similia. Et curabantur omnes. Æthiop. Et visitabat eos omnes.

QUÆSTIO XII.

Quare D. Petrus umbrâ facit miracula, & sanat, quod de nullo alio Sancto legitur?

84.

Valde mirabilis prærogativa D. Petri, quod umbrâ sanaret infirmos, non solum eum, quem umbra tangebatur, sed etiam illum, qui ei proximus erat, omnesque in platea existentes, ut in expositione dixi ex Bozio, quod de nullo alio sancto legitur: Unde Petro tanta excellentia.

85. Litan.

Respondet primo Litanus: Ponitur differentia Petri ad alios Apostolos in operatione miraculorum, nam alii Apostoli curabant infirmos per tactum manuum, sicut dicitur supra per manus Apostolorum, Petrus autem non solum per tactum, sed etiam per umbram, quod est majus, quod fiebat ad ostendendum, quod erat principalis Apostolus. Maxima sanè excellentia Petri, utpote primus, & principalis Apostolus, ut ejus umbra, quæ est privata lucis, ac nihil, maiora magnalia operetur, quam quæcumque alia miracula aliorum Sanctorum ut jam notavi tom. 2. in Apocalypf. cap. 21.

86. Theoph.

Secundo D. Theophylus Alexandrinus de celebratione Paschatis ait: Apostolica umbra non obfuscat, sed in vita lucem inducit. Magna excellentia in Apostolica umbra; quod non nitet, ac magna apparet inter obscuras umbras, sed inter splendentes vitæ luces, hæc est illustrissima celsitudo; non de aliorum initio, ac obscuritate splendescere, sed de propriis virtutibus fulgere; nam ut pulchre ait D. Nazianz. orat. 2. de Pace: Extrema quippe miseria est, non propriis virtutibus, sed de aliorum imbecillitate niti.

Magna gloria ac propriis virtutibus niti. D. Naz.

87. Matth. 26.

Tertio peculiariter umbra Petri sanat, ipse terrogavit D. Magistram: Non novi hominem, Matth. 26. Ut ergo ipse verus, ac firmus Christi discipulus, &

amicus jam in sua gratia per poenitentiam agnosceretur ab omnibus, requirebatur, ut ma ora, ac illustriora miracula, quam omnes alii ederet, ac demonstraret, & ideo Resurrectionis nuntium præcepit Angelus mulieribus: Ite dicite discipulis ejus, & Petro, Marc. 16. n. 7.

Quarto, Rabbanus ait: Tot erant tunc infirmi à credentibus avari, ut omnes non possent Petrum contingere, & inde per umbram sanabant; magna, & præclara charitas D. Petri; quia gratia sibi à Deo data omnes appropinquando non poterant frui, illam extendebat, non solum ad propinquos ipsum tangentes, sed etiam per umbram ad distantes in platea, ut notavi in exordio quæstionis. Cum turba famescens Christum sequeretur in deserto scribit D. Joan. cap 6. n. 2. Iesus subiit in montem, & ibi sedebat cum discipulis suis. Et cum sublevarisset oculos, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum. D. Magister elevat oculos, non ad discipulos sedentes cum eo, sed ad turbam famescentem & distantem; non enim coarctat suam gratiam in amicos, & propinquos, sed in extraneos, ac remotos exundat.

Quinto Beda, & ait: Petrus umbra corporis sui invisibiliter atterebat infirmos, qui non commensurabili sua intercessionis umbraculo fidei infirmos corroborat. Eximia Petri beneficentia, per unam sanatur & dat salutem, sicque suam impendit gratiam, ut umbra eam tegat, & abscondat, non voce, non tactu, vel aliquo signo tantum salutis donum elargitur, sed sua invisibili virtute operator. Maxime beneficium miraculum illustratur, dum absconditur incrementum accipit à tenebris, nobilitatur ab umbra à qua generosius, ac illustrius evadit; nam illius evulgatio multum corrodit doni gratiam, ac minuit beneficentis largitatem.

Cum in vertice montis Thabor cum tribus Apostolis suis Petro, Jacobo, & Joanne, apparent in gloria Moyses, & Parens Elias, loquitur Petrus, ut tria fiant Tabernacula, tunc adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, Matth. 17. n. 5. alia lectio habet: obumbravit eos, ex quo magna infurgit quæstio, si nubes lucida, quomodo obumbrans, & obscurans; magnum enim discrimen est inter lucidum, & obscurum, si lucida, quomodo obumbrans, & obscurans. Cardin. Hugo. Nubes lucida obumbravit eos; ex luciditate obumbrantur. Nubes illa erat D. Spiritus sub figura nubis, ut jam dixi ex D. Chrysof. & docet D. Damasc. orat. de Transfiguratione. Nubes lucida; ut eos illuminet in cogitatione tantorum mysteriorum obumbrans, & occultans personam Divini Spiritus apparentis sub nube, ut inde, (ut moraliter dicam) maxime grandescat celestis donum, benefacit illuminans, & abscondit personam dantis, hocque solum invenitur in divinis donis, non humanis.

Urgente fame descendunt filii Jacob in Ægyptum ad frumenta comparanda, quos agnoscens Joseph præcipit Ministris, ut in ore saccorum ponerent eorum pecunias, qui religatis sacculi portantes frumenta profecti sunt, & venientes in diversorium, unus ex eis aperiens sacculum, ut daret pabulum jumentis, invenit pecuniam in ore sacculi, qui admirandus ait fratribus suis, pecunia mea reddita est mihi, & eam inveni in sacco, qui omnes obstupescit, turbaturque mutuo, dixerunt: quidnam est hoc, quod fecit nobis Dominus, Genes. 42. n. 28. & postea cum ipsi reverterentur in Ægyptum, declarantes suam conscientiam ab omni re aliena, dixit eis Procurator: Nolite timere, Deus vester, & Deus Patris vestri dedit vobis thesauros in sacculis vestris, Genes. 43. n. 23. Valde sanè mirum est, quod tam filii Jacob, quam procurator Joseph nummos in sacculo inventos

Multum requiritur, ut inimicus pro amico habeatur. Marc.

Joan. 6. Abban. Græc. Petri presentibus, & absentibus.

Joan. 6.

89. Beda.

Absconditur beneficium dum benefacit.

90. Math. 17.

D. Chryf. D. Damasc. Divinum beneficium persona dantis absconditur.

91. Gen. 42.

Dei est occulte benefacere. Psal.

inventos nulli alteri attribuant, nisi Soli Deo, cur non examinant, an aliquis ex fratribus, eos ibi reposuisset, vel potius ex injuria Procuratoris, vel alio casu id accidisset, sed tantum Deo totum referunt? Quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus? Phil. lib. de Joseph ait: Qui invenerat pecuniam, stupens miraculo, ait fratribus, & in quo miraculum, dum tanta pecunia inventa largitore occultato, non hominis, sed Dei opus, & sane miraculosum, nam homo vanitatis causa manu non abscondit, sed patenter manifestat, unde tam largas pecunias præbere, ut beneficentiæ auctorem investigare non possimus, homo quidem non est, sed absque dubio Deus.

QUÆSTIO XIII.

Quare Dicitur Petrus dum umbrâ sanat, magnum dat omnibus prælatis documentum?

92. Prælati non proficiunt nisi præsentibus.

Primo D. Petrus Ecclesiæ Pastor, Prælatorum exemplar, umbrâ curat, & sanat, corpus tantum ubi præsentis est, umbram suam diffundit minime vero in locum distantem, ac ubi ipse non est Petrus sua umbra salutem impendit, Prælatos suos subditos præsentibus obumbrat, ac protegit, eisque medicamen salutiferum in vita, moribus, ac necessariis præbet; si vero non adest omnium bonorum absentiam in subditis parturit. Vide tom. 4. cap. 19. q. 14. n. 103. n. 106 & 107.

93. Beda.

Secundo Beda de Divo Petro sic loquitur in præfati: Ipse vultus incedit, sed umbra jaentes erigit. Petri summa reconditudo, probitas, ac sanctitas jacentes elevat; nam superior virtutibus exornatus infirmorum est fulcimentum, & omnium malorum exilium. Cujus optimum exemplum nobis insinuat. Deus mandavit Exod. 28. num. 3. quod quâdo summus Sacerdos ingrediebatur, ut oraret pro populo, in rationali quod erat in pectore haberet scriptum Doct. in, & veritas, quia ut ejus oratio esset proficua pro populo oppresso, ac miserabili in ejus corde haberet sculptum D. Veritas, & veritas, ut sit exarata in corde ejus doctrina, & veritas divina, ut tunc valeat pro populo impetrate, Angelus autem Sacerdos Dei est. Math. 2. num. 2. D. Hieronym. ibi ait: Angelus Sacerdos Dei verissimus dicitur, quia Dei, & hominum sequester est, ejusque ad populum nuntiar voluntatem, idcirco in sacerdote pectore rationale est, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, ut discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem Domini veritatis.

94. Princeps habeat ministros.

Tertio Petrus per suam umbram, tamquam per sui Vicarium, ac ministrum sanat, & curat, per quod docet, Princeps, ac Reges debere habere suos ministros, per quos negotia expedit, sui in administrando potestate commissa, cum ipsi non possunt per se ipsos omnium negotiis intendere, omniumque causas cognoscere, ac determinare, ne eis dicatur, quod sapienter in simili dictum est à Iethro Moyse se ipsum stulto labore conficere, ac consumere. Exod. 18. n. 18.

95. Exod. 18.

Tamen Princeps, & ministri inter se taliter se gerant, ut umbra ad corpus; nam umbra sequitur corpus, non verò corpus umbram; ministri sunt tamquam umbra principis, ejus ductum persequantur, illique se accommodent, non vero Princeps illis se componat, ac subjiciat, ita ut ab eis regatur, ac dominetur, eorumque voluntati inserviat, quod magnum malum intolerabile est, hoc deplorat Ieremias 51. num. 46. Iniquitas in terra, dominatur super dominatorem pro eo, quod nostra vulgata habet, Iniquitas in terra, legunt Septuaginta, Miseria, &

Septuag.

injustitia in terra Tigurina violentia. Pagnin. Reg. Tigurina in terra Chaldaic. Multiplicabuntur raptores dominator super raporem. Pagnin. Chaldaic.

Ille triumphalis curus Ezechielis manifestatus, portabatur à quatuor animalibus, homine, leone, aquila, & bove: & in his animalibus veri Dei ministri adumbrantur, tamen tam cœlestes ministri pleni omni scientia; nam ambulabant juxta suum beneplacitum, sed ut dicitur Ezechiel. 1. numer. 12. Vbi erat impetus spiritus, illic gradiebantur, nec revertentur, cum ambularent. Impetus Spiritus scilicet Divini, nam ut ait D. Gregor. homil. 5. in Ezechiel. Deus auriga erat, ad cujus nuntum, ac directionem, animalia movebantur, tamquam boni ministri: Nec revertentur cum ambularent recto traquantur ad mitem, nec huc, nec illuc declinantes ibant juxta sui Domini mandatum, ac dispositionem, nec in minimo retrocedebant. Theodoretus relatus in Glossa ait: Potestatem illarum, quæ cerni nequeunt in omnibus obedientiam significat, atque etiam, ut constantiam viam minime relinquere. Et hoc ipsum David ait: Benedicite Domino omnes Angeli ejus; potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum ejus. Psalm. 102. Cum audient, & sequerentur Domini vocem, dicuntur potentes virtute.

QUÆSTIO XIV.

Quare D. Petrus sanat umbrâ, quod à Christo Domino non legitur factum.

Sanat Petrus umbrâ, quod à Christo Domino factum non legitur, quamvis præclarissima, ac mirabilia facinora edidisset: Cacum sanans digito Ioan. 9. num. 9. Puellam inor uam manu. Matth. 9. num. 24. Voce dum filium vidua suscitavit Luc 7. num. 14. Insufflatione dum Apostolis dat Sanctum Spiritum Ioan. 20. tali modo Christus operator, ut in operando se ostendat filium sui Patris, Æternus Pater operatus est digito in Ægypto Exod. 8. num. 19. Manu, in mundi officio. Opera manuum tuarum, annuntias firmamentum. Psalm. 18. num. 1. Gen. 1. voce in productione lucis. Genes. 1. num. 4. Insufflatione in hominis animatione, Genes. 2. num. 7. & ita Christus Dominus ut Filius sui Æterni Patris habet similem illi operandi modum: at vero divus Petrus cum sit Spiritus sancti juxta illud Christi Domini Math. 16. num. 17. vocaberis Simon Bariona, id est filius columbæ, ut ibi habet D. Hieronymus & ait: ex revelatione sortitur vocabulum, quod revelationem ex Spiritu sancto habeat, cujus filius appellandus sit. Siquidem Bariona in nostra lingua sonat filius columbæ. Spiritus autem Sanctus præclarissima mysteria umbrâ operatus est, sic Gabriel Archangelus ad Virginem Mariam loquutus est: Spiritus Sanctus superveniet in te, & visus Altissimi Spiritus Sancti obumbrabit tibi. Luc. 1. num. 35. & in Transfiguratione de Apostolis dicitur. Nubes lucida obumbravit eos Matth. 17. quæ nubes obumbrans, ut ex D. Chrysof. ac aliis dixi supra quæstione 12. erat Spiritus Sanctus. Sponsa Cantic. 2. sub umbra illius, quem desideraveram sedi. Umbra desiderata est Spiritus Sanctus, & Filius Patrem refert, Petrus Filius Spiritus Sancti, proindeque ejus operandi modum per umbram participat ut ipsa paterna virtus in filio actione manifeste appareat, ac respondeat, ut inde agnoscatu ejus filius sit Petrus nempe Spiritus Sancti obumbratus.

Secundo ut adimpleretur Christi verbum, quod dixerat Ioan. 14. num. 12. Qui credit in me, opera, Ioan. 14. quæ

108.